Notes du mont Royal
www.notesdumontroyal.com

Cette œuvre est hébergée sur «*Notes du mont Royal*» dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES
Google Livres

# ΕΥΝΑΠΙΟΥ
## ΤΟΥ ΣΑΡΔΙΑΝΟΥ ΒΙΟΙ
φιλοσόφων καὶ σοφιστῶν.

## Eunapius Sardianus
# DE VITIS PHILOSOPHORVM ET SOPHISTARVM,

Hadriano Iunio Hornano interprete.

*Graeca cum mss. Palatinis comparata, aucta, & emendata*

HIERONYMI COMMELINI OPERA.

*Nunc recens accedunt eiusdem Auctoris* LEGATIONES, *è bibliotheca* ANDREÆ SCHOTTI ANTVERPIANI.




ex libris Gabrielis de Monchal

Coloniæ Allobrogum.
Apud SAMVELEM CRISPINVM.
*ANNO M. DC. XVI.*

στον ἐξ ἐπιδρομῆς μετὰ χάριτος παρέπλυσε βίους· φιλοσόφων δὲ οὐδεὶς ἀκριβῶς ἀνέγραψεν· ἐν οἷς Ἀμμώνιός τε ἦν ὁ ἐξ Αἰγύπτου, Πλουτάρχου τοῦ θειοτάτου γεγονὼς διδάσκαλος· Πλούταρχός τε αὐτὸς ἡ φιλοσοφίας ἁπάσης ἀφροδίτη καὶ λύρα· Εὐφράτης τε ὁ ἐξ Αἰγύπτου· καὶ Δίων ὁ ἐκ Βιθυνίας, ὃν ἐπεκάλουν Χρυσόστομον· Ἀπολλώνιός τε ὁ ἐκ Τυάνων, οὐκέτι φιλόσοφος, ἀλλ' ἦν τι θεῶν τε καὶ ἀνθρώπου μέσον. τὴν γὰρ Πυθαγόρειον φιλοσοφίαν ζηλώσας, πολὺ τὸ θειότερον καὶ ἐνεργὸν κατ' αὐτὴν ἐπεδείξατο· ἀλλὰ τοῦτο μὲν εἰς τοῦτον ὁ Λήμνιος ἐπετέλεσε Φιλόστρατος βίον ἐπιγράψας Ἀπολλωνίου τὰ βιβλία, δέον ἐπιδημίαν εἰς ἀνθρώπους θεοῦ καλεῖν. Καρνεάδης δὲ ἦν κατὰ τούτους τοὺς χρόνους. καὶ τὸν κατὰ κυνισμὸν οὐκ ἀφανής, εἴ τινα καὶ κυνισμοῦ χρὴ λόγον ποιεῖσθαι, παρ' οἷς ἦν Μουσώνιος καὶ Δημήτριος καὶ Μένιππος, καὶ ἕτεροί γε τινὲς πλείους· οὗτοι δὲ ἦσαν ἐπιφανέστεροι. τούτων δὲ σαφεῖς μὲν καὶ ἀκριβεῖς οὐκ ἦν ἀνευρεῖν τοὺς βίους, ἅτε μηδενὸς ἐγγε-

ſophiſtarum vitas, cum dictionis gratia obiter velut in tranſcurſu perſtrinxit atque delibauit:nemo tamen accurate de philoſophis perſcripſit. In quibus fuerunt Ammonius Ægyptius diuini illius Plutarchi præceptor, ipſéque adeo Plutarchus, quem totius philoſophiæ Venerem ac lyram dixerim:preterea Ægyptius Euphrates, Diō Bithynius, qui ab aureo ore cognomen inuenit, & Apollonius Tyanæus, non iam philoſophus, ſed mediæ inter Deos ac mortales naturæ particeps: quippe qui Pythagoreæ diſciplinæ ſectator, illius diuinitatis famam dignitatémque adauxit: de quo enucleatè perſcripſit Philoſtratus Lemnius, editis libris, quibus titulum fecit, Vitam Apollonij; cum debuerit inſcripſiſſe verius, Acceſſum Dei ad homines. Ea tempeſtate fuit Carneades non obſcuri inter Cynicos nominis, ſi modo haberi ratio vlla ſectæ Cynicæ debeat: inter quos erant Muſonius, Demetrius, Menippus, aliíque nonnulli; at horum fama illuſtrior. Quanquam autem iſtorum certa & explorata actæ vitæ cognitio, prodente,

σόφου κατ' ἐκείνους τοὺς χρόνους βίον ἀνέγραψεν· ἐν ἐκείνῳ τε τῷ βιβλίῳ καὶ ἄλλοις ἐξαιρέτοις δι' ὅλου σπουδάσας. δι' ταῦτά γε εἰς μνήμην ἐγὼ τίθεμαι, τοῦτο συνορῶν ὅτι τὰ μὲν ἔλαθεν ἴσως ἡμᾶς, τὰ δὲ οὐκ ἔλαθεν. ἐκείνου δὲ καὶ τὴν πολλὴν ποιούμενος φροντίδα καὶ σπουδήν, τοῦ συνεχῆ καὶ περιγεγραμμένην εἰς ἀκρίβειαν ἱστορίαν τινὰ λαβεῖν τοῦ φιλοσόφου καὶ ῥητορικοῦ βίου τῶν ἀρίστων ἀνδρῶν· εἶτα οὐ τυγχάνων τῆς ἐπιθυμίας, ταὐτόν τι τοῖς ἐρῶσιν ἐμμανῶς καὶ περιφλέκτως ἔπαθον. καὶ γὰρ ἐκεῖνοι, τὴν μὲν ζωμένην αὐτὴν ὁρῶντες, καὶ τὸ περίψηκτον ἐν τῷ φαινομένῳ κάλλος, κάτω νεύουσιν, [ὃ ζητοῦσιν] ἰδεῖν ἐξασθενοῦντες, καὶ περιλαμπόμενοι· ἐὰν δὲ πέδιλον αὐτοῖς ἢ πλόκιον ἢ ἐλλόβιον ἴδωσιν, ἐκείνας καταρρεοῦντες, τὴν ψυχήν τε τῇ ὄψει προσαφιᾶσι, καὶ κατατήκονται πρὸς τῷ θεάματι, τὰ σύμβολα τοῦ κάλλους μᾶλλον ἢ τὸ κάλλος ὁρᾶν ἀνεχόμενοι, καὶ στέργοντες. κἀγὼ πρὸς ταῦτα ἐξώρμησα τὴν γραφήν, ὅσα ἢ κατ' ἀκοήν, ἢ

sophi vitam in litteras retulit, atque eo in libro, vt perpaucis aliis, seriam operam consumpsit. Atque ista quidem memoria recolo, conscius nonnulla fortasse nos fugisse, quædam non potuisse: in quo cum magnam adhibuerim curam & diligentiam, vt excellentium in philosophia & arte oratoria virorum continua, suísque exactè circumscripta finibus, historia haberetur, neque tamen voti compos extiterim, idem mihi vsuuenire comperio, quod amatoribus qui ardenter & impotente amore depereunt amicam, quam vbi aspectant, & eximiam oris speciem contemplantur, vultum demittunt, obtutum figere non valentes, & tanquam iubare circumfulgente præstricti, sin calceum, aut monile, aut inaurem aspexerint, sumpto animo, ea ornamenta oculis admouent, in eóque spectaculo sese consumunt ætatémque atterunt, formæ adiumenta ac symbola, quam pulchritudinem ipsam aspicere præoptantes, magísque illa obseruantes. Eodem modo ad hoc scripti genus impetum conuerti, vt quæ fama & auditione accepi,

ὅς παρ' ἐκείνου ἀφικόμενος καὶ ῥητορικῆς· πλὴν ὅσον οὐκ ἐπ' ἐκείνην ἔνευσε· φιλοσοφίας τε πᾶν εἶδος ἐκματτόμενος. ἦν γὰρ ὁ Λογγῖνος μακρῷ τῶν τότε ἀνδρῶν τὰ πρῶτα ἄριστος· καὶ τῶν βιβλίων τε αὐτῶν πολὺ πλῆθος φέρεται· καὶ τὸ φερόμενον θαυμάζεται. καὶ εἴ τις κατέγνω τινὸς τῶν παλαιῶν, οὐ τὸ δοξασθὲν ἐκράτει πρότερον, ἀλλ' ἡ Λογγίνου πάντως ἐκράτει κρίσις· οὕτω δὲ ἀχθεὶς τὴν πρώτην παιδείαν καὶ ὑπὸ πάντων ἀποβλεπόμενος, τὴν μεγίστην Ῥώμην ἰδεῖν ἐπιθυμήσας, ἵνα κατάσχῃ διὰ σοφίας τὴν πόλιν· ἐπειδὴ τάχιστα εἰς αὐτὴν ἀφίκετο, καὶ τῷ μεγίστῳ Πλωτίνῳ συνῆλθεν εἰς ὁμιλίαν, πάντων ἐπελάθετο τῶν ἄλλων, καὶ προσέθετο φέρων ἑαυτὸν ἐκείνῳ· ἀκορέστως δὲ τῆς παιδείας ἀμφορούμενος, καὶ τῶν πηγαίων ἐκείνων καὶ τεθειασμένων λόγων, χρόνον μέν τινα εἰς τὴν ἀκρόασιν ἤρκεσεν, ὡς αὐτός φησιν. εἶτα ὑπὸ τοῦ μεγέθους τῶν λόγων νικώμενος, τό, τε σῶμα καὶ [τὸ] ἄνθρωπος εἶναι ἐμίσησε· καὶ δια-

quam ille laude attigerat: mentem tamen eo non demisit, quin potius vniuersum philosophiæ genus effinxit atque expressit. Porro Longinus cæteris omnibus suę ætatis longe antecelluit: & librorum eius ingens circumfertur copia, illique ipsi admirationē obtinēt. Quod si quis vetustum auctorē aliqua in parte reprehendisset, non prius rata atq; firma habebatur opinio, quā Longini illud confirmasset iudicium. Eo pacto à primis annis doctrina imbutus Porphyrius, & omnibus admirationi habitus, Romā illam rerum dominam videre cōcupiuit, vt ciuitatis illius animos scientiæ magnitudine detineret atque occuparet. Quo vbi primum venit, & in magni illius Plotini consuetudinē se insinuauit, valere iussis ceteris omnibus, ad amicitiam fidémq; illius sese totum applicuit: vbi & animū scientia explere, & verba fonte illo manātia ac de mentis illius sacrario deprōpta haurire; citra satietatem tamen, aliquandiu licuit, vt ipsius verbis dicā: postea abundantis magnitudine doctrinæ victus atq; fatiscens, conceptio corporeæ molis humanitatisq; odio quodā, transmisit